

A Tauracum pagum anno 1415. volente, jubente, adjuvante, confirmante Imper. & Concilio, & vicerunt occuparuntque. Anno 1468. ob temerē laesiticos Scapularios confederatos suos, Valdesham obfidebant Helvetii. Sigismundus Austriacus, in pacis formula à principe Bavaro conscripta, in expensis damnatus, quando aperte non poterat, occulta ratione Helvetios laedere parabat. Carolo Burgundio oppignorat ditones suas Helvetios propinquas. Is Petrum Hagenbachium illis praeficit, crudelissimum tyrannum, & Helvetiorum acerbis hostem. Ludovicus XI. Gallorum rex ea occasione captata, Helvetiorum amicitiam ambit, hoc veluti franco Burgundum sese in officio retinere posse sperans. Sigismundum Burgundio libidine offensum penitebat cepti. Itaque Galli intercessione cum Helvetiis contra Burgundum foedus inicit. Abente in Germania inferiore Carolo, Hagenbachium Brisacenses, apud quos debebat, in vincula conjungunt, & aculantibus Helvetiis securi percipiunt. Fridericus III. Imper. Helvetios Burgundiam invadere jubet: ipse instructo exercitu Nussiam à Carolo obfessam liberare contendit. Carolus cum Friderico pacifitur: Maria filia Maximilianus filio desponsata: neque verò in foedere illo ullam Helvetiorum rationem habent. Carolus eo hoste, quem periculosus judicabat, liberatus, expulso Lotharingia duce, Nancejum ab Helvetiis occupatum proficiscitur, ad L. millia expeditorum militum in exercitu habens. Helvetiorum quingentos arcem tentes, desperato suorum auxilio, impunitate promissa, perfidē circumvenit. Helvetii ad XX. millia, supervenientes, castris ducent exiunt, supra CM. aurorum praedam obtinent, decem milia equitatu, victoriam persequi nequeunt. Anno 1476. recollectis viribus, CM. in exercitu trahens, Moratam Carolum obfedit. Diviserat ille exercitum. Helvetii castra ducis aggrediuntur, imparatos fundunt, XXM. caedunt, XM. in lacu vicino submergunt. Renatus interea Lotharingia dux exul, auxiliis Germanorum corrogatus, regiones suas recuperat. Carolus XLM. Lotharingiam recipit, Nancejo excepto. Renatus Helvetiorum auxilia implorat, XIII. millia obtinet. Hi sexto die Januarii ad Nancejum anno 1477. Burgundi castra, diversa, quam ille expectabat parte, invadunt, Carolum cum septem millibus suorum obruncant, belloque Burgundico, restituta Renato Lotharingia, finem imponunt: Ludovico XI. Burgundiam tanquam feudum olim ducibus concessam, certo auti pondere, frustra licet Helvetios liberatores appellantes Burgundis, concedunt. Anno 1481. Solodurum & Friburgum in confederatorum classem recipiunt. Virtus comes perpetuus invidia. Nam Leprennio post Fridericus III. spe sua Helvetios alienis domandi viribus non semel frustratus, Suevici foederis inter principes & civitates Imperii anno 1488. auctor fuit, specie quidem in commodum Germaniae, revera autem ut hoc veluti propugnaculo, Helvetiorum frangeret potentiam. Moritur interea, & ut regnorum sic odii succedentem reliquit filium Maximilianum. Is foedus Suevicum decennio post confirmavit. Animi paratis occasio tantum deerat. Ea autem oblata est amplissima, postquam Rheti Helvetiorum foederi certis conditionibus accessere. Maximilianus Curiam Rhetorum sui juris esse dicitans, exercitum contra illos duxit. Rheti Helvetios implorant: ille Suevicum foedus appellat. Variis in locis Maximilianus Helvetios adoriri staterat, ut distractis viribus facilius conficerentur. Anno igitur 1499. sexto Febr. crudele bellum coepit, quod Suevici foederis vocant, Helvetiorum ceteri, insignibus victoriis nobile: quando octies aperto Marte victores evaserit Helvetii. Apud Rhetos ad montem S. Luci primum confictus, alter ad Trevisam. Tertius Hard ad lacum Acronium, quinque millibus Germanorum ceptis. Quartus prope Basileam, ubi mille Helvetios praeda causa in Alsatiam proficiscentes, Fridericus Caplerus dux Imperatoris, octo millia in exercitu habens, aggressus, excentis suorum amissis, turpi fuga abit, unico tantum Helvetio caelo, sed vulneratis compluribus. Prope Constantiam quintus. In pago Ermatinga praediariorum CCCC. securi agentes, sic per noctem trucidant. Helvetii suorum clade cognita, repente convolant, & in vicina sylvā Suaderloca, ex insidiis victores Constantiam reperentes, fundunt, fugantque. Eodem die praeda omnis cum auctario recepta, ex octo millibus MMD. caesi: reliqui in lacu submersi. Sextus apud Rhetos prope Raffenzan, in Valgavia. Septem millia Helvetiorum XV. millia Suevorum fugant, tria millia occidunt, plurimos in Illa fluvio demergunt, tormentorum supra D. captiunt. Henricus Volebius Uriensis, à tergo cir-

cunductis bis mille suorum, montem occupavit, & victorie tam memorabilis auctor, pro patria occubuit. Septimus apud Venones in campis Mallis. Ex octo millibus Suevorum quatuor millia caesa à Rhetis, eodem stratagemate, quo prius in Atheci submersi plurimi. Rheti, supra ducentes à suis desiderarunt. Maximilianus ignaviam suorum detestatus, ipse praesens bellum administrare voluit. Constantiam venit, Helvetios uno eodemque die D. Margarita facit, tribus locis aggrediendi consilium capit. Ipse cum Germanici imperii signis Constantiam egressus, ubi suorum timiditas tententias in aggrediendis Helvetiis, qui Suaderloca occupabant, cognovit: re infecta, prope discessit. Interea Rhenani populi prope Basileam, arcem Dornacum Solodurensibus parentem oppugnati venerant. Solodurenses MD. silentio in vicinum montem proficiscuntur. Commodum D. Tigrini accedunt. Castrametantes hostes, & nihil minus quam Helvetios adesse putantes (cum omnes illorum vires Suaderloca coactas crederent) ex improviso aggrediuntur, primos fundunt. Ceteri acie repente ut in eo terrore poterat instructa, Helvetii acriter resistunt, eosque suo equitatu circumdant. Vigente praelio, M. Lucernates & Tugini superveniunt, inoque clamore hostes ita terrent, ut ex XV. millibus tria millia ceciderint, plurimi in Byra vicino vicino perierint. Helvetii C. suorum amissis, praedaque opulenta parta, nussiam se toto bello acris resistentes hostes naetos, liberè sunt passi. Tandem deserti toto claudibus Imperiales portus quam mitigari aut exhausti, pacis cum invicto populo in eundem consilia amplecti ceperunt. Basileae igitur eodem anno quo coeperat, 22. Septemb. bello Suevico finis impoita, cum amplis Helvetiae virtutis testimonio, qui contra totius imperii Germanici vires, pro aris & focis, octo mensium spacio octies cum hoste potens, diversis locis praelio depugnasset, nunquam victi essent, minimo suorum cum sanguine, hostium uberimo. Et haec quidem pro libertate. Nam quae pro duce Mediolanense, pro Gallorum rege postea designarunt, magna quidem illa & aeternitate digna facinora, hoc ipso tamen minore digna commendatione, quod Basium Helvetiae libertatis auctoritas, labefacta sunt visa. Et haec ex Jo. Stumpfii Hel.

In Cimbrica Chersonneso patet septem in longitudinem milliabus Dithmarfia, pauloque minus in latitudine, situ G naturaque loci peregrine munita. Ab Oriente venit laurus flumen Eidora, ab occidu mare Britannicum, ad meridiem claudit Albis fluvius, ad Aquilonem cingunt fossae peribactae & munitiones. Varios haec ora temporum successione dominos habuit, quorum alios intersecerunt incolae, alios egerunt, nonnullos quoque vi subegerunt. Post Saxones (quibus originis primis una cum aliis accolis finitimiisque paruit) ex annalibus constat fuisse aliquod tempus, quo eam Comitibus ditone tenuerint. Ex horum numero primus Dado à colonis interemptus est: cuius post eadem quem uxor ejus Ida, genere Sueva (cui Henricus III. Imperator patruus, & Leo IX. Pontifex erat avunculus) Eteclero comiti, cognomento Albo, nupsisset, is eundem vitæ suæ exitum nactus est. Tertius ab eo Rodolphus marchio (is tunc eam successione acceptam tenebat) trucidatus, cui non multo post filium ejusdem nominis additus est: majore quidem cum contumelia atque injuria, quod castello ejus Bocelemburg, in quo caedes fuit perpetrata, everso & diruto, conjugem Valpurgam, amputatis naribus atque auribus mutilatam, in proximum profluentem abjecerunt, qui etiamnum hodie ab illa demersa nomen retinet. Huic Rodolpho erat frater Hartuicus. Is jus suum universum in ea ditione (quod morte fraterna ad ipsum redierat) permutatione facta, & recepto in ejus locum Stadenfi comitatus, antistiti Bremensium tradidit. Subegit postea Dithmarfsam armis Henricus Leo, & pagos aliquot, Abbati Stadenfi dono dedit: quorum nomine ut tributum acciperet, quum eo venisset Abbas, via spoliatus est; atque obiter alia pagis nomina indita, quo memoria debet: annua pensionis extinguerentur. Adolphus quoque isthuc nomine tertius Holstiae comes, anno MCXXCVI. armis in potestatem redactam aliquandiu tenuit: sed non multo post recedentes à fide Dithmarfi, omnem nobilitatem (quae multa eo loco erat) ditione expulerunt. Assentiente deinde & permittente Adolpho, Hartuicus antistes Bremensis (qui de comitatu Holstiae stirpe fuisse tradidit) eos ad dedicationem compulsi. Verum dimisso exercitu, nihil ex pacto praestantes Dithmarfi, neque pecuniam promissam expendere, & abrupta fide ad Daniam regem defecere, in ejus quoque potestate non diu per-

Apermansuri. Etenim anno Christi 1227. quum inter Adolphum prioris filium ac Lubecensium, & regem Daniae Valdemarum, juxta praedictum Bornhovede, acie fieret praerolum: efflentque in copis regis Dithmarfi (qui pepigerant occulte cum Holstiae, se deserto rege ad ipsos transuros, & ejusque rei iudicium fore, si imas dycpeorum oras convertissent) ipsi in extremis collocati, ubi jam pugna ferreter, scutis inversis à tergo Danos adiungunt. Quo insperato casu regius exercitus superatus, Otho dux Brunsvicensis, nepos regis ex sorore, captus est, ipso rege regisque filio vix ab hoste fuga praesidio servatis. Ita cum infami singulari perfidia nota in libertatem sese vindicantur. Anno autem MCCXXIX. Henricus Holstiae ac Stormariae, & Joannes Vagriae comites, jus suum armis repetunt, in Dithmarfsam exercitum duxerunt, praelocque initio, multis suorum profugatis, fuga salutis sese consuluerunt. Postquam pugnam, quum unus & triginta effluxissent anni, orta inter comites Holstiae defensione, Dithmarfi, ut alteri parti quasi suppetias ferrent, in Holstiam irrupunt, & ad Chilonium usque oppidum progrediuntur. Unde cum diversa via onusti praeda domum regrederentur, Gerardus Holstiae comes eos, non procul Bornhovede, sub lucem aggressus, quingentos ex illis trucidavit. Qua insula victoria Gerardus ejusque frater Joannes, secundo post anno, quantas possunt maximas copias cogunt, evocantque in auxilium extraneis ducibus numero quatuordecim, & universis ditiosis sine viribus in una castra contractis, die natali Virginis Mariae, Dithmarfsam intrant: & resistente nemine, ad locum usque, quem Nordersfraut vocant, in mediullium Dithmarfsae perveniunt. Ibi Dithmarfi bis in fugam coniecti, mille & septingentis suorum desideratis, in proximam eadem sacram fuga delati, cum ignem hostis subiceret, neque ullas deditiois condiciones admitteret, jamque laminae plumbeae tempore liquefactae ab igne stillare cepissent, in desperationem atque facto impetu in hostes prorumpunt, & ex ducibus duodecim, relique verò multitudine ad duo millia interficiunt. Sui Gerardus Holstiae comes & Henricus Megalopentis cum paucis incolis elapsi. Annis post aliquot, Nicolaus Holstiae comes tumultuarius pugnis sepe cum Dithmarfsis confixit. In pugna ad Tierselo inita, cum a quo penè morte utriusque discessissent, res ad inducias & pacem deducta est. In quibus inter cetera cautum fuit, ut neutri alterius partis hostes reciperent, forent, aut defenderent. Ergo quum Ericus Saxoniae dux, focer Alberti comitis Holstiae, anno Salutis humanae MCCCIV. abacta è Dithmarfsa praeda, per Holstiam domum esset reversus: Dithmarfsi pacem violatam contendere, quod permisso Comitum eam expeditionem pro fines eorum susceptam crederent. Publicatis igitur ad principes finitimos & urbes liceris, de Gerardus Slesvici dux, & Alberto comite graviter conqueruntur. Gerardus vicissim & Albertus fide multis excusant, & ob haec calumniam sibi iniustam bellum illis indicunt. Albertus quum per Northamnie in Dithmarfsam irrupisset, & copiosam trahens praedam ad suos recipere sese properaret, equo delapsus, paulo post perit. Quum deinceps viciniae civitates maritima de pace inter ipsos agerent, & Dithmarfsi eam vel pretio redimere parati essent, Gerardus plenus fiducia potiditate regionis (quae praesertim fraterno jam funere satis caedente empta poterat videri) toto exercitu robore, ea via, quae Suderhamie vocatur, in Dithmarfsam profectus, cum delecta cohorte ad fauces aditus constitit. Milites dum praeda cupiditate laetius evagantur, incolae latera angustiarum, per quas transitus erat, arbuticulis occultati occupant, & revertentes improviso aggrediuntur. Antecedebat agmen pueri armigeri. Ab his, quum primus in ipsos impetus fieret, lacrymabilis clamor & ejularum tollebat. Quo ad aures ducis perlato, tumultum inter suos & rixam de praeda ortam ratus, eam sedaturus, nudato galea detracta capite prope advolat. In cum Dithmarfsi ex transverso fide inferunt, lauciatumque graviter caput equo deturbat, ejusque copias omnes indagine clausas, occisione delent, paucis fuga evadentibus. Quicquid lectissimum militum in ducatu Slesvicensi Holstiae quoque univertis fuit, eo bello interiit, anno Christi MCCCIV. Renovata inde antia foederata. Ad post quem Christiernus I. rex Danorum, Adolphi Holstiae comitis è sorore nepos, propinquitatis iure ditones ejus omnes ad se transfulisset: in Germaniam ad Fridericum III. Imper. profectus est, & suo majorumque suorum in Dithmarfsam iure demonstrato, obtinuit, ut communi statuum ordinumque imperii consensu, abfolito oblitteratoque comitatus titulo, dux

L. B. T. beat. Vita Human. Tom. III.

Holstiae crearetur. Cui ducatum, ut legitimis metis ambituque iusto describeretur, Caesarea potestate Stormariae & Dithmarfsa regiones inclusa sunt: idque diplomate Imperatorio & sigillo confirmatum, anno Salutis humanae 1474. Quod Imperatoris diploma, anno quinto post, quum rex Dithmarfsi Rendesburgum ad se vocari exhiberet, utque de more in fidem suam jurarent, postulat: Brementium antistitis magistratum causati, id facere recusant. Innaque vim & arma rex comminatus, interventu procerum annus inducias dedit, ut eo temporis spatio, quid sibi factu opus esset, deliberarent. Eius filius Joannes in regnis Aquilonaribus successer, quum Sueciam rebellantem biennio ante armis subegisset, anno à natali Christi MD. mense Februario, in Dithmarfsam exercitum duxit: praeter milites equitesque omnis generis sex millia pedum stipendiorum, quorum forti & efficaci opera in Suecia domanda usus fuerat, trahens. Ex nobilitate praererea circiter duo millia ipsi militabant. At Dithmarfsi in interiorum palustrem oram cum omnibus suis sese receperunt, cumque ab uno exploratorum capto cognovissent, quia via rex irrumperet decrevisset, per lunuleam valde & impeditam fossis viam, per totam noctem vallum F ducunt, & juxta in excubiis praesidiumque aliquot millia suorum collocant. Rex nullas insidias veritus, cum omni copiarum mole in hostes tendit. Antebat agmen pedestres, id turmae equitum conlequebantur, extrema claudabantur vehicula, quae in spem praeda una trahabantur. Ubi propius vallum sub lectum tormentorum accesserunt cohortes, coloni post aggerem excubantes, displosis repente tormentis, non mediocrem militum stragem fecerunt. In loco angusto milites ad pugnam expellere sese minime poterant. Multo insuper imbre & grandine caelo delapsa, fossae ad imas usque oras completae exterevere, quae tormenta, extindis imbre fructibus, corruptoque apparatu omni, ulli usui esse poterant. Tot malis circumventas cohortes, quantumvis fortiter resistentes, sed absorbente plantas luto praepeditas, imbre multo madescentes, & frigore penè emortuas, Dithmarfsi in fugam vertunt, caedunt, in fossas praecipitant. Hinc ad equitatum veniunt: qui loci angustia pressus, luto equos ad genua usque devorante, movere vix esse poterat. Post tergum palustris fuga impediabant: à fronte colorum acervi hostesque obiciebantur: à latera utroque intercludebant fossae. Ita coarctatos equites circumfusi undique hostes profugant. Principes cum paucis per denos cadaverum jacentium cumulus via inventa vix elabunt. Trium horarum momento haec strages edita, adeo ut ipsi quoque victoribus mirum fuerit visum, tantulo tempore tantam hostium turbam profecti potuisse. Sed inventi sunt perique sine vulnere: quae res argumento est, plures undis suffocatos, quam gladio caesos esse. Locus, quo pugnatum est, Meldorpam & Hemmingstadium oppida interiacet: vocaturque etiamnum ominoso & infamisi a re gesta nomine, Cacoetemonis opus sive factus. Post annos aliquot Carolus V. Caesar in gratiam Adolphi Holstiae ducis beneficium Imperatoris Friderici proavi confirmavit fratribus tribus, Christiano III. regi Daniae, Joanni & Adolpho ducibus, anno MDXLIX. At Dithmarfsi, nullius Imperatoris praedictio ad parendum ulli magistratu se cogi posse praedicantes, dictis principum audientes esse non modo reculare, sed crebris etiam injuriis ditonem eorum infestare. Tandem anno MDLIX. Adolphus cum fratre Joanne subigenda Dithmarfsa consilium cepit. In belli societatem adactus Christianus III. Danorum rex designatus, iis quidem legibus, ut si in potestatem Dithmarfsa veniret, ea universa in aequales tres partes distributa, quam quilibet suam caperet, asserereturque, sorti iudici committerent: verum in iudicis extraque iudicia iunctis opibus omnem simul defenderent. Dux belli Joannes Ranzovius mensis unius spatio, in diversas partes distracti Dithmarfsi, profugati septibus, victi, subactique: superstitis, qui arma ferre poterant, numerum vix quatuor millium excedentes, in trium principum verba, nudati omnes capita, & in genua provoluti, promittentes jurantisque, usitato obsequii & fidelitatis sacramento sese ipsis obstrinxerunt: à quibus mox in fidem fuit accepti. Erat autem solemnis ejus concionis hic ordo: Principes & consiliarii medium quasi centrum obtinebant: hos circum praestanti jacebant Dithmarfsi: illos equitatus & exercitus universus circumdabat. Auctor belli Dithmarfsi.

VASCUS FERNANDUS Caes. cum nave una fretum Gaditanum regis Emmanuelis iussu peragrata, & hostes multos in-

Y 4 com-

A commodis afficiebat, anno 1520. Sex in illum biremes invectæ sunt. Hostes Caesarem capere vehementer optabant, & cum illum evadere posse minime crederent, præ læticia clamores ingentibus ediderunt. Deinde sagittis, & glandibus, & globis ingentibus cum obtinere conati sunt. Atque primum Cæsar eos, ne ad suam navem accederent, tormentis acerrimè propellabat: & variis vexationibus eorum conatus eludebat, & interim multos inermibat; quo factum fuit, ut illi nullum de animorum alacritate remitterent. In illi animo adverserit, in tres naves, quæ junctæ consuebant (aliæ namque ventis excludæ, non ita facile accedere poterant) inuasit. Hostes in illum similiter impetum dederunt. At is cum ingenti tormento ignem applicati præcepisset uni ex biremibus, maximo globo à prora in puppim secundum latus emisso, remotos dederit. Hostes biremem claudam & mutilam intra se recipiunt, & quanta celeritate possunt, in ea repugnatione reparant. Tunc omnes simul junctæ Caesarem circumveniunt. Is cum animo maximo nunc ad proram, nunc ad puppim, nunc in utrumque latus accurreret, & præsidia magnis vocibus excitaret, & crebris tormentorum ictibus maximum damnum inferret: multo difficilior certamen, quam hostes suspicati fuerant, effecit. Tandem tormenti unius ictu magna pars remigum in una biremi dilacerata fuit. Hostes cum ceterent multo cautos esse, & duas biremes dissipatas, Caesaremque nullo modo, nisi cum gravissimo damno, capi posse, certamen omiserunt. Cæsar cum esset ea natura, ut nullo labore frangi posset, eas insequutus est. Verum cum navis illius velis, naves hostiles remis impellerentur, & ventus illum deficeret, eas consequi minime potuit, & ita voti compos Malacam petiit, ut mortuos sepeliret, & faucios curaret. *Orosius lib. 12. rerum Emmanuelis.*

NAVES SUAS FORTITER DEFENDERE, CONSERVARE.

ULISES Hectore Græcorum navibus ignes injiciente, in summo totius classis periculo, nihil minus quam de sua salute sollicitus, dedecus & ignominiam hanc vel morte redimendam putat, Diomedem ad pugnam hortatur, apud Hom. inquitens:

C *Αὐτὸς δὴ ποτὶ πῆμα παρὶν ἴκατο, δὴ δ' ἕλεγχ' Ἐστῆς, ἄρα νῆος ἐπὶ κρηδαίου ἔκτορ.*

Cum Xerxes cum classe ex urbe Therma solveret, decem velocissimas naves præmisit, quæ apud Sciatum tres præfidias Græcorum hostium, Træzeniam, Egineicam, & Atticam, repertas ceperunt. In Egineica miles erat Pythius Ithenoi F. vir eo die præstantissimus, qui capta navi, tamen conitque pugnando restitit, totus dilaniatus est. Quem collapsum, non mortuum, sed spirantem, Persæ qui navim ceperant, admiratione virtutis, servarunt, vulneribus myrrha medentes, sūdnoneque byssina & fuscis obligantes: atque in castra sua reversi, hominem univerto exercitui ostendebant admirabundi, probèque observantes: cum alios, quos in eadem jam navi ceperant, tanquam mancipia adservarent. *Herodotus lib. 7.*

Cum classes Venetorum & Bajazethis congregarentur, Vincentius Polanus Venetus trirremem, cui præerat, in classe Thraciam magno animo intulit. Is parvo temporis spacio circumscriptus ab hostium longis navibus omnis generis compluribusque, cum se fortissimè horas duas defendisset, D navesque hostium nonnullas tormentis perforavisset, ipsos audacter in ejus sæpe navem concidentem interfecisset, aliquot ex suis amisisset: vulnerata parte plurima, coort forè vento, velique factis, sece hostibus eripuit. *Bembus lib. 5. Venetæ lib.*

Navis Veneta longa ex earum genere quæ ad mercaturam professicuntur, more insituitoque majorum convehendis iis hominibus, qui aut voto suscepto, aut religione permoti, Christi Dei filii sepulchrum, quod est Hierosolymis, adire atque invisere cupiunt, in Syriam quotannis stato tempore mitti solita, cum anno 1497. ad Maleam iter faceret, in Turcarum regis classem, Arige præfecto, incidit. Ea erat navium oneratarum duarum, trirremum item duarum, biremium quinque, quarum biremes duæ ad navem Relp. præmissæ vela demittere jussurunt. Mos est nauticus ejusmodi, ut qui plus aut viribus aut dignitate pollens, velint, ut quæ sibi occurrerint naves, vexationem intermittant, antennaque demittant, cum honoris sui causa, tum ut si quid ab illis querere aut petere velint, possint. Id qui nolunt facere, jus est

bello cogere, ut faciant: sæpèque accidit, ut ea de causa pugnae magnæ existerent, plurimumque hominum cades consequerentur. Aloysius Georgius, navis Venetæ præfectus, classem esse illam piratarum existimans, antennis non demissis, cursum tenuit. Quod ubi Turca conspexerunt, ab utroque illum latere suis trireribus cinxerunt, & sagittarum magnam vim in eum mittere ceperunt. Id cum parum proficeret, manibus suis omnibus illum expugnare contenderunt. Eo in certamine, Turcæ navis Venetæ scalam sæpè conscenderunt, aliique partibus in navem profugerunt: sæpè ignem iniecerunt, quo & plutei combusti, & præfecti cœnaculum ipsa in puppi, & majora vela conflagraverunt. Sed tanta remigum & nautarum, atque imprimis advenarum virtus fuit, ut cum ab hora diei sexta usque ad quartamdecimam pugnassent, Turcæ receptui canentes, & signo pacificationis sublato, priores pugnam desinerent: Arigeque missis ab Aloysium ex suis, qui salutem illi dicerent, magnumque atque fortem virum eum esse testarentur, pacem benevolentiamque cum illo iniit. Missi, quadraginta milites exiit, quos Janizaros appellat, suis in navibus intersectos esse, Aloysio significaverunt. Ex Veneta interierunt quinque: vulnerati complures: in his præfectus quatuor vulneribus acceptis, neque tamen perit. *Idem lib. 4. Ven. hist.*

ARMA FORTITER TUERI.

M. CATO junior, prælio ad Pydnam adversus regem Persæ deceravit sub duce Paulo Amelio fecero suo præclare. Cum verò gladius ei ictu excussus, & madore esset manu clapsus, adjicit certos familiares suos: quibus adjunctis, sece de integro impressionem in hostes. In eam longo certamine magaque vi locum vacuum fecisset, tandem invenit cum in immentis acervis armorum, & in cadaverum tam sociorum, quam hostium cumulis aggeratorum; quam obrem commendavit adolescentem Paulus Imperator. Et ipsius Cato nis extat ad filium epistola, qua supra modum extollit contentionem ejus de gladio & cura. *Plut. in Catone & Amelio, & Front. lib. 4. cap. 5. At Val. Max. lib. 2. c. 2. hoc ipsum Cato seniori tribuit, eoque spectaculo attonitos hostes, postero die ad eum supplices pacem petentes venisse asserit.*

SIGNA, VEXILLA FORTITER DEFENDERE.

Eo prælio, quo Utrache Castulonensis regina exercitus adversus Alphonsum Aragonium ipsius virum deceravit, cum ultimam agmen Gometicus comes signis suis clauderet, & inclinata ad Aragonios victoria, hostes jam ad ultimi agminis Castulonensium signa penetrassent: Eques, qui vexillum ferebat, diu magna virtute signum defendit; & quamquam amix manus ab hoste, ut relinquere signum cogere, detruncata essent, brachiis vexillum amplexus, Oleaque inclamans (id enim principis ejus erat insigne nomen) non ante vexillum, quam vitam amisit. *Fulg. lib. 3. c. 2.*

In conflictu ad Atellam, Hirpinorum oppidum, inter Gallos ac Aragonios commisso, repertus est Germanus signifer amputata dextra manu, & læva sædo vulnere discissa, vexillum inordicis retinens, ita ut in vestigio invictæ virtutis exspirasse videretur. *Jovius lib. 4. hist.*

URBES FORTITER DEFENDERE.

PSAMMETICHUS, in Ægypto quatuor & quinquaginta regnavit annos: per quorum undetriginta magnam Syriæ urbem obsidens oppugnavit, donec expugnavit. Hæc Azotos, quæ ditissimam inter omnes urbes dumtaxat, quas novimus sustinuit obsidionem, sive id loci natura, sive, quod probabilius est, militum robore. *Herodorus lib. 2. & Sabel. lib. 4. Enneadis 2.*

EPAMINONDA post Leutricam victoriam, Mantineam oppugnabat. Mantineos stupor incesserat ululantes & dicentes: qui tantas copias in se insularum ingruentes non valebant propulare, nec ullam open animo concipiebant. Intercæ Atheniensis in fines Mantinicos descenderunt, imprudentesque periculi, compositio procedebat gradu. Et licet rari essent, cum hostium multitudine comparati, & ex via defessi, neque ullus adesset ex sociis, in aciem tamen extemplo plerique iere. Equites raptis armis invecti sub ipsas portas & muros, duram equitrem pugnam commiserunt, obtentaque palma, & Epaminondæ manibus Mantineam eripuerunt. Hunc actum Epaminon præxit Athenis: atque videtur esse quasi simulacrum ejus conflictus hanc picturam, cum illo certamen & virtutis animorum & spirituum plenum. *Plut. de gloria Athen.*

Argivæ

A Argivæ mulieres insidentes tectis, Epirotasque desuper jacentes, urbem contra Pyrrum regem defenderunt, ipsumque Pyrrum simul interfecerunt. *Polyenus lib. 8.*

TELESILLA poetria, interfectis in prælio Argivis supra 7000. Argos ultra contra Cleomenem Spartanorum regem defendit, Argivas armatas ad pugnam educens, quæ in propugnaculis stantes, Cleomenem repulerunt. *Idem.*

Cum Pyrrus ad Cleonymum regem accitus, Spartam obfideret: Lacedæmonii primis tenebris feminas primò delibetaverant in Cretam mittere. Ceterum ipse repugnaverunt. Archidamia etiam in senatum venit, gladium tenens; castigative nomine mulierum viros, quod vivendum sibi eversis castris ducere, & ejus ex utraque ora plaustra collocarent, eaque usque ad medias rotas defoderent: quò validè depacta, destinerent elephantos. Hoc opus aggredientibus adiungunt se virgines & matrone, quæ partim tunicas succinxerunt sindonibus, partim follis amictæ tunicis erant, eam operam unâ cum senibus subitura. Illos, qui præliantur erant, quietum jussurunt capere: sumptuose modo, perfererunt per se tertiam partem posse. Ubi diluxit, cum moverent se hostes, subministraverunt arma juvenibus, fossaque tradiderunt, hortantes, ut eam defenderent & tenerent. At Pyrrus primo diluculo exercitum admoveo urbi: Lacedæmonii supra vires defendunt se. Præsto sunt feminae, tela suggerunt, cibum & potum petentibus ministrant, vulneratos excipiunt. Pyrrus vero eum in urbem irrumperet, equus ejus sagitta Cretica infra ventrem ictus est. Quo vulnere concitus, Pyrrus in fastidium lubricum & prouum effudit. Tumultuantibus circa eum amicis, accurrerunt Spartiæ, & morisque vi omnes egerere. Pyrrus receptui cecinit, & telum inde Argos avocavit perit. *Plutarchus in Pyrrho.*

Cum bello Peloponnesiaco Carcinus, Atheniensium prætor, Methonam urbem Lacedæmonia oppugnaret: Bradidas Spartanus adolescens, assumptis quibusdam Spartanis, agmine stipato per medias hostium acies & stationes viam manu fecit: multique, qui obstitere conarentur, cæsis, intra oppidum evasit. Perstantem deinde Atheniensium exercitum in obsidione, in dies magis strenuè dimicando, nullisque periculis usquam cedendo, se victoriamque frustrati, donec amissa loci per viam fiducia, intra naves se receperunt. *Diodorus lib. 12.*

Etolis longo tempore cum Acarnanibus bellum gerentibus, & ad extremum per proditionem in urbem irruentibus, viri in subito periculo fortiter dimicantur. Feminae in tecta ascendentes, partim lapidibus, partim lateribus jacentibus, multos ex hostibus interfecerunt. Viros autem cedentes, & penè victos, ipsa tum cohortando, tum exprobando, ad pugnam revocarunt. *Polyenus lib. 8.*

PORSENA Hetruscorum regis Tarquinium reducere conante, commisso ad Sigliuriam prælio, vulnerato graviter utroque Cost. Lucretio & Poplicola, percussis Romani, fuga ad urbem salutem petierunt. Cum magno impetu hostes per pontem subilicium ferrentur, Roma fuit penè vi capta. Ibi princeps Horatius Cocles, & duo primæ nobilitatis viri, Hermentius & Lucretius (Livio est Lartius) hostibus se in ponte objecerunt. Horatius dictus Cocles cognomen fuit, quod alter oculus ei est in bello excussus: ut nonnulli dicunt, quod simul esset navis ita depresso, nullum ut esset inter oculos interstitium, & supericilia haberet commissa. Unde vocare eum multitudine cum Cycloper velle, labente lingua obtinuit, ut diceretur à vulgo Cocles. Hic positus in statione pontis, quoad eum socii à tergo rescidissent, sustinuit hostes. Inde armatus se in Tyberim misit, atque incoluntis ad ulteriorem ripam tranavit, jaculo Hetrusco in naribus ictus. Cujus virtutem Poplicola admiratus, statim milit ad populum, ut quiq; ex Quiritibus cibaria ei unius diei conferret: deinde quantum agrum unius diei circumararet. Ad hæc statum æneam ei in æde Vulcani posuerunt. Eo honore contractam ex vulnere claudicantem lenivere. *Plut. in Poplicola.* Unus itaque tot civium, tot hostium in se occupata converit, stupentes illos admiratione, hos inter lætissimum metumque hæsitantes: uniusque duos acerrima pugna confertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando distinxit. Denique unus urbi Romanæ tantum scuto luto, quantum Tyberis alveo munimentum attulit. Quapropter descendentes Hetrusci dicere poterunt: Romanos vicimus, ab Horatio victi sumus. *Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. & Livius. Plinius cap. 11. de Viris illustribus, Gellius lib. 4. c. 5. Florus lib. 1. c. 10. De illo sic Silius lib. 13.*

— tullis ille ruentem
Tybrides in ripas regem, solusque revulso
Penè ferax ponte exclusi redempti a regna.

Cum se M. Bruto tota penè Lufitania dedisset, ac sola gentis hujus urbs Cinania pertinaciter arma retinere: tentata redemptione, propemodum uno ore legati Bruti responderunt: Ferrum sibi à majoribus, quo urbem tenerent, non autem, quo libertatem ab Imperatore avaro emerent, reliquum. *Valerius Maximus lib. 6. c. 4.*

M. SÆVA, C. Jul. Cæsaris Centurio, cum pro Dyrrachio castello, cui præpositus erat, dimicaret, Cneio Pompeji præfectus, iussu ejus, summo studio & magno militum numero ad id capiendum mitteretur: omnes qui propius accesserant, interemit: ac sine ullo regressu pedes pugnant, super ingentem stragem, quam ipse fecerat, corruit. Cujus corpus capite, humero, femore faucio, oculo eruto, scutum centum & viginis ictibus perfossum apparuit. *Val. Max. lib. 3. c. 3. & Sabellicus lib. 4. c. 6.*

Quum Mahumetes Turcorum Imp. validissimo agmine instaurato, superata mortuorum strue, quæ ruinis exercerant, in civitatem Albam Græcam irrumperet: Turca quidam, ut signa sui regis pinnaculo turris imponeret, turrim altissimam subit. Ungarus illic subsecutus, quom alio modo id prohibere non posset, se cum Turca ex altissimo vertice præcipitem dedit. *Bonfin. lib. 8. Dec. 3.* Idem alius designavit in oppugnatione Jayzæ. *Bonfin. lib. 10. Dec. 3.*

MAHUMETES Turcarum rex, cum Rhodum arcæ obsidione premeret, tormentorum vi ita qualisaris maris, ut nullo labore in eos per ruinas hostes conscenderent: jam in fumos muros Turcarum ingens numerus provenerat. In tam gravi periculo Rhodios illa res jubavit, quod intrinsecus urbis situs admodum depressus erat: Turcæque, qui per ruinas in eam irruere nitentur, nisi in præceps se ac manifestum mittere periculum vellent, unis tantum lapideis scalis, quibus muros Rhodii conscendebant, descendere cocebantur. Cum eo in loco periculi summa versaretur, Petrus Daubusson, Gallus, Rhodiæ religionis princeps, tunc dum sibi eum desumpsit, secum duobus nepotibus ac quatuor aliis militibus adhibitis. Illic tantis viribus, tanctoque animi robore pugnavit, ut inquam est comitibus perplures, aliis suffectis, occidissent, & ipse quinque ac-ceptis vulneribus, perfossa fractaque haberet arma: Turcarum tamen nullum ea in urbem penetrare permisit, sed ingenti repulso cæde solvere obsidionem coegerit. *Fulgos. lib. 3. c. 2.*

Quum Austriaci à Friderico III. Imp. Romano coronam petente deficientes, Novam civitatem insensit signis adoritur: Cæsariano, excursionis facta, tanta vi Austriaci repulerunt, ut parum abierit, quin urbem unâ commixti caperent. Unus Andreas Baumkitcher, donec fugientibus porta occluderetur, hostilem impetum audacter pro mœnibus in ponte sustinuit, & ob fervatam virtute sua civitatem, multis à Cæsare honoribus exornatus est. *Bonfin. lib. 7. Decad. 3.*

Rex Fessensis Tingitanam urbem oppugnans, Lusitanos, qui eruptionem fecerant, in urbem rejecerat. Postremus omnium quidam eques, Lupus Martinus nomine, urbem ingressus, vectem ad medias portas induxit. Cum autem multi illum magnis clamoribus admonerent, ut totam portam clauderet: respondit, Nunquam se tantum facinus admitturum, ut eum Portugalsibus maculam significatione timoris inureret. Se paratum esse, pro illius mediæ portæ defensione, ad extremum vite spiritum dimicare. Neque solum hoc dixit, sed factis etiam ostendit. Nam cum Mauri illum fortiter invaderent, primum impetum magno animo sustinuit, donec multi opem illi afferrent, quorum virtute exclusi mœnibus, Mauri se in castra contulerunt. *Oros. lib. 2. rer. Em.*

Cum Catalusii Mitylenis Lesbæ rerum potirentur, Amurathes Turcarum Imp. ingenti classe Molagum oppidum oppugnare cepit. Ibi Orieta Auria, Genensis, Luca præfecta uxor, sola cum tribus comitibus, sumptis armis, non modo pugnando pericula omnia subit, verum confirmandis eorum animis, qui jam attoniti de deditioe confisisti inabant, sapientis ducis munia implevit, agendoque atque hortando tantum effecit, ut Turcas ab oppido magna cum strage repulerit. *Fulgosus lib. 3. c. 2.*

Bello Venetis à Mahometo Turcarum rege moto, cum clas- sis ingens Mitylenas adorta esset, Coccinumque oppidum oppugnare cepisset, anno 1474. virgo Marulla, ut patrem inter pugnan-

A pugnantes occubuisse conspexit, civiumque aciem ad fugam spectare: paterno clypeo gladioque arrepto, hostes jamjam irrupturos à muris repulit. *Sab. lib. 10. Dec. 3. & lib. 7. En. 10. & En. Sylv. c. 74. Asia, & Calvis lib. 33. Antio. Lecl.*
 Cùm Mahometus Bassa Budensis, Solymani nomine, Agriam Ungariæ urbem obsideret an. m. d. xli. viris permixte seximæ fortiter adversus hostem pugnarunt. In his juvenula cum matre marito pugnant affluebat. Interempto illo, hortabatur mater filiam ad sepeliendum maritum. Tum filia, Exequia alterius erunt temporis, inquit; & arrepto marii scuto & gladio, trium Turcarum morte marito parentavit, eundemque mox in humeros sublatum terræ mandavit. Alia quadam ingens saxum capite gestabat, ut in confertam hostium multitudinem illud dejiceret. Molenti pila ferrea caput abstulit. Filia matri proxima, saxum sanguinolentum, vindicta ardens, in hostes dejecit, duos interemit, aliquot alios gladio trucidavit, passimque circumcurrens, ad defendendam patriam heroica voce omnes hortabatur. Accidit & illud, ut cùm in acie pro muris starent, pila ferrea tres mulieres miserandum in modum laceraverit, & cruore mortuorum reliquas B asperferit; quæ tanto furore populares suas sunt ultæ, ut belliosissimi Turcæ desperata expugnatione, non magis virorum quam Amazonum robore fe victos, turpi discessu faterentur. *Africanus Censorius lib. 5. com. Belli Transylvanica.*

ARCES FORTITER TUERI.

Galli Capitolium obsidentes, cùm locum præruptum animadvertissent, per quem Pontius Cominius clam ascenderat, à Camillo ad obfessos missus, eadem via ascendere noctu, ut nec homo eos, nec canis senlerit. Sacri anseres ad ædem Junonis alebantur aliis liberaliter, nunc parce, & angusto suppeditate ipsis comætu neglecti affligebantur. Est autem illud animal aliquo sui sponte acris auditus, & ad omnem strepitum expavescens. Hos & inedia insonnes, & turbidos, minime Gallorum ingressus sefellit: sed cùm se & clangore delati ad Romanos, omnes excitaverunt. Et jam Barbari quoque ut fenserunt fe detectos, ingentem sustollentes clamorem, majore vi intulerunt sese. Romani raptis confestim armis, quæ cuivis obvia erant ex præfenti copia, obiciunt se hostibus.
 C Primus omnium M. Manlius vir consularis, cùm corpore valido, tum animo insigni, duobus simul hostibus occurrentis, alterius, qui sustulerat securim, quanti copida vocant, dexteram ejus eni amputat: alterum umbone in faciem ictum retro præcipitat de faxo. Inde muro superflans cum iis, quos festinatio ei aggregavit, paucos reliquos, qui ascenderant, cùm nihil desinissent memorabile, deturbat. Ita depulso periculo, præfectum vigiliam prima luce præcipitant de faxo ad ima. Manlio victoria præmium honore, quam emolumento amplius decernunt, cui omnes, quantum quisque in diem comætu recipiebant, sex libras farris vel quartarios vini contulere. *Plutarch. in Camillo.*

PONTES FORTITER DEFENDERE.

Norvegiensis quidam miles, cùm Haraldus Norvegiarum rex Rostonem in Angliæ regnum contra Haraldum Anglorum regem Tostonis fratrem reducere vellet, ad Derwentam fluvium Anglos pontem transiuros solus cohibuit. Quo facto, hostes miraculo fortitudinis stupefacti, uno momento huic uni insidias tendunt, quem vi superare non poterant. D Pons ligneus, & ejus medius transitus multas simulas habebat. Dum igitur alii Norvegiensem in pugna occupatum tenent, unus sponte, lintre clam vectus, telo inguina perfodit. *Polya. lib. 8.*

FORTITUDO OFFENSIVA HOSTIUM.

VITÆ FORTITER INSIDIARI: OCCIDERE,

Repellere, Sustinere.

Hæc pleraque ex Tit. Fortes milites. Item Monomachia.

JONATHAN Saul regis F. solo comitante armigero suo, præfidium Palaestinarum ultra Machmas in prærupto loco adortus, viginti illorum occidit. Ex quo tantus terror Palaestinos invadit, ut terra ipsa terrore divinitus incusso contremisecet. Saulus rex occasione ista usus, & Palaestinarum castra aggressus, maximam illorum stragem edidit, cùm ipsi ferrum in seipos converterent. *1. Reg. 15.*
 Inter multa Davidis Judæorum regis admiranda fortitudi-

nis facinora, illud unum instat omnium erit, quod Ammonitis Syroque longè inferiori numero adortus, cum ipse inter primos foriter dimicaret, Ammonitarum ducem Cadam, qui Sobachus dicebatur, virum fortissimum manu sua obrucavit. *Fulg. lib. 3. c. 2.*

Harmarodii Thepensis Filii auxilio veniens Atheniensibus, armis consumpsis omnibus, nudis manibus contra hostes pugnavit. *Æl. lib. 6. de Var. hist.*

Aristomenem Messenium trecentorum à se uno prælio caesorum ex Lacedæmoniis, victimas Diti immolasse dicitant. *Plut. in vita Romuli, & Sab. lib. 4. c. 100.*

Brasidas in prælio lancea per clypeum ictus, eadem ex vulnere extracta hostem peremit. Interrogatus, Qui vulneratus esset: Prodeute, inquit, me clypeo. *Plut. in Apoph.*

Ad Plataas Mardonius dux, cum 30000. Persarum à Xerxe in Græcia relictus, cum Græcis pugnavit, ab Aïnestro, viro inter Spartiatis eximio, occisus est: qui aliquandiu post bellum Medicum trecentos viros fecum habens, apud Stenyclerum cum omnibus Messenisis confixit, ubi ipse & trecenti occubere. *Hærod. lib. 10.*

In pugna ad Plataas Sophanes Eurychidis F. Atheniensis, è F tribu Decelensi, ancipiti sermone celebratur. Uno ferrugestasse ferream anchoram à baltheo thoracis catena alligatam quam quoties adventantibus hostibus propinquus erat, objiciebat, ne illi irruentes, ipsum ex ordine summovere possent. Rursus eidem in fugam revertentibus, resumpta anchora ita fugientes insequabatur. Altero ferrugestasse anchoram non ferream ex baltheo alligatam, sed insignitam in scuto, quod nunquam acquiescens, assidue rotabatur. *Ibid.*

Vejentes à Romulo ad Fidenas victi magna strage, ubi victoriam præcipue virtute platum Romuli fuisse, cupis consilium cum pari aucta eluxit, roburque & pernicitas plusquam humana, omnes fatentur. Quod autem jactant nonnulli, sanè quàm est fabulosum, atque adeò à fide abhorrens prorsus, quatuordecim millium caesorum, suam manu amplius dimidium interfecisse Romulum. Nam simile commentum jactant de Aristomenes Messenii, trecentos cum victimas mactasse, ob totidem caesos Lacedæmonios. *Plut arch. in Romulo.*

ALEXANDER Magnus tener adhuc annis, memorabili illa pugna ad Charoneam à Patre Philippo edita, qua Græciæ opes funditus concidit, primis omnium impetum fecit in facram Thebanorum cohortem: quæ quò insignis dimicavit, eò majus huic reliquit nomen, per quem primum impulsa est. *Sab. lib. 1. c. 4.*

LONGINUS eques ex Rom. acie in Judæorum aciem, dum Hierosolyman oppugnaret, irruens, iisque disjectis, duos fortissimos interemit, & ad suos incolumis rediit. *Iosephus lib. 6. c. 8. Belli Jud.*

VESPASIANO Jotapatam Galiliæ oppidum oppugnante, duo fratres Galilæi, Netitas & Philippus, in decimam legionem Rom. tanto impetu irruerunt, ut & aciem Romanorum pertruperint, & omnes in fugam verterint. *Idem lib. 3. c. 9.*

SIMON SAUL F. Scythopolita Judæus, corporis robore excellens, ut qui bello Judaico sæpè solus integram aciem sustinuerit. Commendandus profectò, nisi hoc robore contra suos contribules usus fuisset. *Idem lib. 2. c. 19.*

AURELIANUS Imp. Sarmatico bello, quemadmodum Theoclius prodidit, qui gesta Cæsaris scripsit, octo & quadraginta hostes uno die propria manu occidit. Pluribus verò bellis supra nongentos quinquaginta. Militari salutatione, quam bellorum feris inter fe milites de more celebrabant, illud fuit carmen de Aureliano insertum: Mille vivat annos, qui mille occidit: Tantum vini bibit, quantum fudit sanguinis. Et aliud in eadem sententiam de eo à militibus joculiter jactatum: Mille Sarmatas & mille Gallos sæpè occidimus, mille Perlas querimus. *Sab. lib. 7. Enn. 7. ex Vopisco.*

BARBAS Sclerus sive Durus, Prætor Orientis, contra Roxolanos sub Joanne Zimice Imp. bellum gerabat. Quidam è Scythis corporis mole & animi aucta insignis, cernens Durum ordinis suos obequitantem, atque adhortantem, ut animo præfenti essent, in illum irruit frictò ense. Ei Durus tanto impetu plagam intulit in caput, ut Scythiam medium percaret, ac partes dissecet utrinque ab equo deciderent. Quo facto Barbari consternati, in fugam sunt conversi subito. Quos Romani insecrati, multos trucidarunt, nec non paucos ceperunt. *Cuspin. A. D.*

In eo prælio, quod ad Formias à Romaldo Grimoaldi Longobardorum regis F. contra Constantem Imp. gestum est, cum

A cum ancipiti ab utraque parte dimicaretur evento, Amelonus quidam, qui regiam hastam ferebat, victoriam ad Longobardos memorabili casu tradidit. Quippe hasta ambabus manibus nixus, Græcorum quendam forte obvium tanta mole percussit, ut ipsum è sella decussisset, atque hasta infixum, in sublime supra caput extulit, omnibus ingenti novæ rei admiratione prope ætonis. Quod ubi Graci viderunt, metu perterriti, in fugam fe converterunt, ac non dubiam Romaldo victoriam reliquerunt. *Sigonius lib. 2. regni Ital.*

ARTURUS rex Britannie, congregato exercitu procedens contra Saxones, Scotos, & Pictos, accinctus gladio nomine Caliburno, & auream galeam simulacro draconis insculptam capite gestans, clypeumque humeris imponens, lanceam quoque, quæ Ron vocabatur, assumens, iuslo gladio suo 470. viros interfecit: cæteros in fugam convertit, principibus necatis. *Sigebertus in Chron.*

HENRICUS III. Anglorum rex, in pugna contra Comites rebelles non minus boni militis, quàm Imperatoris officio functus, sex & triginta homines eo die confodit, anno 1401. *Polydorus lib. 2.*

B MAHOMETO Turcorum tyranno Belgradum oppugnante, Boemus quidam miles, cum vidisset Turcam cum vexillo Turcico murum jam confendisse, eoque metu peroratoque militum percussos, fugam in arcem parasse, complexus luctu Turcam, ad Jo. Capistranum legatum pontificum inferius instantem clamans: Si, inquit, sponte mea cum cane isto me de muro præcipitavero, illi commortuus, quid de anima mea erit? Illo respondente, Salvam sine dubio fore: dejecit fe protinus, morteque hostis & suafocios servavit. *Dubr. lib. 29.*

LIBERTATEM HOSTIBUS FORTITER ERIPERE.

CAPERE HOSTES.

Consule Tit. Prudentem libertati aliorum insidiari, quatenus fortitudinem prudentiam junctam habet.

In expugnatione Hierosolymitana cum Judæi murum, quo urbem Titus Imp. circumdederat, percurrere studerent, quidam ex ea equitum, Pedanus nomine, Judæis in fugam veris, atque in vallem coactis, equo in adversum montem à latere incitato prætervectus, rapit unum ex hostibus fugam petentem, juvenem & gravem corpore, & armis undique septum, talo comprehensum; tantum fe inclinavit equo currente, tantumque dextera robur, iremque ceteri corporis, & equestrif peritiam demonstravit. Ille quidem tantum munus aliquid rapisset, captivum ferens, ad Cæsarem venit. Titus autem vires ejus, qui ceperat, admiratus, & captivo, quia murum aggredi tentaverat, supplicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, utque aggeres maturè fierent, perurgebat. *Iosephus lib. 7. c. 5. Belli Jud.*

Excisis Hierosolymanis, Lucilius Bassus legatus in Judæam missus à Vespasiano, Herodium arcem munitionissimam obsedit. Oppidani duce Eleazaro juvene fortissimo, crebris excursionibus Romanos vexabant. Quotidam die è pugna rediens, cum contemptu hostium extra portas mansisset, & cum iis qui in muro stabant, securè loqueretur: Ægyptius quidam Ruffus nomine, occasione captata, factoque impetu, cum ipsis cum armis in castra Rom. portavit. Bassus eum nudatum virgis cædi, & in cruce erigi jussit. Oppidani misericordia mori tam præclari juvenis, ut ejus vitam redimerent, deditionem fecere. *Iosephus lib. 7. c. 25. Belli Jud.*

IPHICRATES, qui filius habebatur futuris, nullo loco numerabatur. Verum tunc primum est factus celeberris, cum hostem faucium una cum armis corripuit, atque vivum in tritrem suam transportavit. *Plut. in Apoph.*

Romam miles in Vejozum obsidione, Vejentem augurem, cui aliquandiu familiarissimus existerat, colloqui prætextu longius ab urbe tractum, Romanis castris sublimem intulit; eumque, ut Romanis etiam occupandæ suæ patriæ rationem ostenderet, cogit. *Plut. in Themistocle.*

Similiratione Christianus miles, Latinis contra Sultanum Ægyptium rex generitibus, Characuem Saracenum corpore parvum, sed ingenio magnum, sub specie colloqui sublimem arreptum in castra retulit. *Æmilius.*

LUPONUS Hispanus miles, cursu & viribus tantum valebat, ut arte etiam humeris imposito, velocissimi cursuque cursum adæquaret. Hinc Feris Pictarum, quem certiora de hostium Gallorum consiliis, qui Modoeriam fe receperant, cognoscere cuperet, propofito præmio impulit, ut ad munitiones Gallorum excurrere, & aliquid ipsius ingenio & solertia dignum referre

vellet, quando pernicitati pedum confusus, id tunc aggredi posse E videretur. Luponus assumpto secum fideli flocopetario pedite, diluculo ad hostium munitiones est profectus, perpectoque fitu, semisopitum vigilem corripuit, procerum fanè Gallum, eumque sublato clamore frustra reluctantem, comite in excitos & persequentes flocopetum dispendente, ad Piscarium humeris deportavit, ut cuncta sigillatim eo referente proderent. Excepit id facinus cum multo risu uterque exercitus. Verùm Piscario haud vanum illius indicium fuit, horaque maxime opportuna, cum delectis cohortibus hostes in opere, quo actis cuniculis sibi in Cæsarianorum castra ingressum parabant, occupatos est adortus, tanto Hispanorum impetu, & perturbatione Gallorum, ut multis in fossa oppressis, & cæteris qui in statione erant, cum cæde profigatis, tanta Gallica castra ad eum tumultum, ut in subita armorum conclamatione, timore & strepitu complerentur. *Jovius in Piscario lib. 22.*

MAGNUS SFORCIA, Magister equitum reginæ Neapolitanæ Joannæ, clam ab invidis apud Jacobum Martiæ Comitum Joannæ mariti falso delatus fuit, quafi mechus reginæ: conspirationeque inita, Benevèti ex insidiis capto, domus ejus direpta, liberi & propinqui ferè omnes nexi fuerunt. Inde devehit F in insula Megaris arcem, cui ab ovo nomen est, acerbissimis tormentis cruciandus Bernardo barbaro homini traditur. Interea cum Tricaricum urbem, Sforcianorum militum agros Neapolitanos infestantium receptaculum, regii milites obiderent, & Michelinus Rabinianus maritus Margaritæ Sforciæ (ad quam Tricarici imperium & ditio pertinebat) de inducis & compositione agere cum hostibus capessit, factaque potestate impune commendati è castris hostium, summe nobilitatis homines Tricaricum venissent: illa arrepto venabulo, loricata in eos impetum fecit, metuque mortis capros ad retinendum fratrem adegit. Itaque legatorum propinque concursu ad regem facto, impetrarunt, ut Sforciæ parceretur. *Jovius in Sforcia.*

NAVES HOSTIUM FORTITER CAPERE.

Consule Tit. Naves prudenter asferre, perdere, illic Prudentia, hic Roboris habenda ratio.

CYNGERI Atheniensis gloria magnis est scriptorum laudibus celebrata, qui Marathonis pugna, cum Palantes Medos ad naves compulisset, navem hostibus onustam dextera manu tenit. Qua hostium ferro amputata, leva remorari conatus est. Cæterum hanc quoque vis hostilis abscidit. Tum ille ad duplicem cladem nihilo remissior factus, morticuis navim defixit: cædibusque fatigatus, ambabusque manibus amissis, cœtera quædam tabida, mori & dentibus dimicavit, quando alia vi non potuit. *Sabellicus lib. 4. c. 6. & Justinus lib. 2. & Val. lib. 3. c. 2. & Plut. c. 1. Parall.*

In pugna navali à Græcis contra Xerxem ad Artemisium commissa, Græcorum primus navem hostium cepit vir Atheniensis Lycomedes Ælchæri, palmanque rei bene gestæ reulit. *Hærod. lib. 8.*

Qualis roboris illi Milites Rom. qui vehementi ictu remorum concitatam fuga Punicam classem, nantes lubrici pelagi, quasi camporum firmitatem pedites, in litus retraxerunt? *Val. Max. lib. 3. c. 2.*

L. GLAUCUS, vir præcipua nobilitate, cùm Hasdrubal, capta Sicilia, adversus Romanos & Metellum eorum Imperatorem pugnaret, Hasdrubalis navem detinens, utramque manum amittere, quam desistere maluit. *Aristides Milesius lib. 1. rerum Sicularum, & Plut. in Paralleliis.*

C. ATTILIUS sive ACILIUS, miles C. Cæsaris, navali ad Massilian prælio, injecta in puppim hostium dextra, & abscissa, eam levia apprehendit; nec antè dimicare desistit, quam captam profundo mergeret. *Val. lib. 3. c. 2. & Svetonius in vita Cæsaris, & Sab. lib. 4. c. 6. & lib. 7. Enn. 6.*

Sub annum Christi MDXIV. Gallis, qui reliqui omnium in Italia apud Genuam in arce Phari (quam Liguria frenum Galli appellabant) obsidebantur, Dalmata quidam, Ludovici regis jussa, qui classem Liguriæ littus custodientem senserant, navi una commætu importabat, spectante Genuensi pop. & frustra indignante. Ibi Emanuel Caballus, inter Ligures rei navalis peritissim. cum ecc. juvenibus, duce Andrea Atria, navem conscendit, & statione egressus, modico in altpo circum circuitu, quò aura plenius vela inflaret, restè ad hostium navem contendit: nihiloque terribus crebris pilarum ictibus, quibus contentiener ab arce petebatur, injecto statim harpagone, in eam primus insiliit, & præcis rudentibus, quibus propugnaculo at-